

00
Kk

I
5.
N° 32

Zur Bibliothek des Königs und Herzogs von Sachsen
Mit dem beigegebenen Aufdruck.

15

GALLIUS ET FONDENS
RECTOR ACAD. IENENSIS
INTERCESSIONE SPIRITVS SANCTI.

INTERCESSION
SPIRITVS SANCTI.

AD
SACRA PENTECOSTES
RITE CELEBRANDA
IN ACADEMIA IENENSI
PROPOSITA MEDITATIO.

LITTERIS IO. FRID. RITTERI

DEI GRATIA
GVILIELMVS HENRICVS,
DVX SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, LANDGRAVIS THV-
RINGIAE, MARCHIO MISNIAE, PRINCEPS COMES
HENNEBERGIAE, COMES MARCAE ET RAVENSBER-
GAE, SAYNAE ITEM ET VVITTEGENSTEINII,
DYNASTA RAVENSTEINII,
RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS
GRATIAM SPIRITVS PRECVM
PRECATVR
C I V I B V S.

IEs VM christum, seruatorem nostrum optimum, adpeli-
lari παράκλητον, satis notum est ex 1Ioann. 11, 1, eumque
ἐντιγχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν, intercedere pro nobis, idem
ex Rom. viii, 34. Ebr. v 11, 25. constat. Vtrumque et de
sancto spiritu legimus, ita vt non solum in euangelio Ioannis
x iv, 16. 26. xv, 26. xvi, 17. παράκλητος dicitur; verum
etiam id loquendi genus, quod de christo occurrit, de eo ad-
hibeat, illum ὑπερεντυχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν. Expresso enim
Paulius Rom. viii, 26. pronuntiat, spiritum sanctum esse, qui
nostris succurrat infirmitibus: nos nescire, quid oremus, vt
fieri debeat; illum autem ὑπερεντυχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν τε-
ταγμοῖς ἀλαλήσοις, interpellare pro nobis genitibus ineffabili-
bus. Nemo dixerit, credimus, per eamdem dicendi formam,
de spiritu sancto οὐκ, ac de christo usurpatam, plane quo-
que eamdem rem vt vtrope significari, atque utriusque idem
pro nobis intercessio interpellandi esse officium. Quum
enim intercessio christi ad munus eius sacerdotale spectat,
hoeque ille, vt mediator et sacerdos perfungitur, hac spiritui
sancto haud tribuere possumus, nisi omnia confundere ac per-
turbare velimus. Sed tamen qualis sit intercessionis spiritus
sancti

sanc*ti* ratio, ac quomodo ab ista, quam christus, redemptor noster prestat, differat, de eo dissentunt theologi, alii istam formalem; alii autem tantum effectuam esse, affirmantibus.

Qui intercessionem spiritus sancti formalem admittunt, proprio istam intelligent, atque existimant, illum omnino pro nobis orare; eo tamen modo, qui diuinitati eius conueniat. Ita inter ecclesia nostra doctores sentit STEPHANVS maximus GERLACHIVS* remque hunc in modum edidit: *et si* verum sit, quod spiritus sanctus ad preces et gemitus fideles exercitet, nosque orare docet; loquitur tamen hic apostolus non de simplici oratione, qua spiritus sanctus fideles pro seipso orare facit; sed de intercessione, qua quis pro alio, non pro se intercedit. Et sicut Paulus a christianis vult fieri intercessiones pro aliis, hoc est, pro omnibus hominibus, ita hic de spiritu adoptionis scribit, quod ipse intercedat pro nobis. Sequuntur est hunc IO. CONR. DANNHAVERVS, ** qui profhetetur quidem: filius intercedit intercessione formalis; *Ιατσινη* et mediatoria; spiritus sanctus intercedit intercessione effectuas; paucis tamen interiecit, sententiam, quod intercessio spiritus sancti itidem sit propria et formalis, adprobat eamque variis confirmare argumentis, admittitur. Immo, quum IVSTVS FEVRBORNIVS*** adhuc existimat, quae de spiritus sancti intercessione dicantur, non proprie; sed tantum de effectu esse intelligenda; postea * aliter sentire coepit atque opinionem de intercessione formalis amplexus est. Idem quoque primum statuit IO. GERHARDVS** noster; mutatis autem mentem suam videtur ea ratione, ut intercessionem spiritus sancti, quam et effectuam et formalem esse, admisauerat, nunc effectuam tantum iudicaret. Pro hac enim posteriori sententia ita scribit: *** *notanda est hoc loco regula, quod quedam tri-*

A 2 buan-

* tom. 1. disput. 6. p. 604.

differ. 3. 6. 28. sqq. p. 1304. oper.

** bodoeph phoenom. ix. p. 476. sq.

*** in schola pietatis libr. III.

*** fascicul. IV. contr*ad*. theolog.

cap. 21. p. 592.

dis*p*. 9. 5. 42. 43. p. 724. oper. theol.

*** harmon. euangel. cap. CLXXV.

* syntagma. I. disput. facr. part. 3.

p. 1305.

tuantur spiritui sancto absolute in persona propria; quedam vero relative non in propria; sed in nostra persona, idque tum passus, ut auctor. vii, 51. tum actius, ut hoc loco Rom. viii, 26. hisque significat, spiritum sanctum ea tantum ratione pro nobis intercedere, ut in nobis ipsis preces efficiat illasque adiunet.* Preter alios pro intercessione propria ac formali pugnantes, spectant huc IO. ADAM. OSIANER,** FRIDERICVS ERNESTVS KETTNERVS,*** CHRISTOPHOR. MATTHAEVS PFAFFIVS. *

Sententiae huius defensores varias, quibus istam innitiuntur, rationes recensent. Proutocant praeципue ad vocem ab apostolo Paullo Rom. viii, 26. usurpatam ὑπερεπυγχάνειν, que significet intercessionem, cuius ea sit ratio, ut a quodam non pro se ipso; sed pro alio instituatur aliudque sit, spiritum sanctum efficere, ut rite ad deum preces faciamus; et aliud, quando dicatur, spiritum sanctum pro nobis intercedere. Quodsi autem pro hac intercessionis indole, ista spiritui sancto ita sit tribuenda, ut ipfmet eam praslet pro nobis, colligendum

* Mutationem, quam in sententiis suis de intercessione spiritus sancti fecerunt IO. GERHARDVS ET IVSTVS FEVRORNIVS, ita enarrat IO. HENRICVS FEVSTKINGIVS in palinodia sacra; fueschediamat de retractionibus theologor. §. XLII, p. 107. sqq. ac si GERHARDVS primum in harm. evang. intercessionem tantum effectuum admisisset; postea autem, quum rem accuratius cognoverit, ad propugnatores intercessionis formalis accessisset. Negat tamen ERDMANN. RUDOLPH. FISCHERVS in via lo. Gerhardi p. 299. GERHARDVS in intercessionem spiritus sancti primum effectuum; deinde etiam formalem statuisse, quoniam liberatus schola pietatis, in quo inter-

cessionem spiritus sancti non solum effectuum; verum etiam formalem esse, dixerit anno M D C X X I I . prodierit; harmonia autem euangelica tribus deum annis post edita fit, in qua eum intercessionem spiritus sancti effectuum tantum admittere, constet. Hinc dicendum fit, GERHARDVS mentem suam ita mutasse, ut intercessionem spiritus sancti, quam primum et effectuum et formalem esse, adsumauerit, postea effectuum tantum iudicaverit.

** in disput. de intercessione christi et spiritus sancti.

*** tv. theol. de aduocatione, auxilio, et genitu spiritus sancti p. 49. sq.

* in libr. de impersonalitate et perpetuitate humana christi natur. p. 76.

INTERCESSIO SPIRITVS SANCTI

5

dum omnino ex eo sit, illam esse formalem et proprie intelligendam. Id quod per id quoque confirmari, addunt, quod phrasis ἐντούχασεν ὑπὲρ ἡμῶν de christo adhibita proprie precationem significet hincque nulla sit caussa, cur ista non eadem ratione de spiritu sancto intelligatur ac dicatur, quod quemadmodum christus pro nobis intercedat proprie et formaliter; ita et hoc eodem modo, per intercessionem nimur formalem, a spiritu sancto fiat. Prater hoc tamen argumentum, quod in ipsa voce inueniri, credunt, aliud in orationis a Paullo instituta nexu inesse, sibi persuadent. Apostolam enim, monent, postquam vers. 25. dixerit, nos accepisse spiritum adoptionis, per quem clamemus: abba pater, vers. 26. 27. aliud argumentum, cur calamitatibus afflitti mentem suam erigere debeant, proponere, quod haud notum esset, ubi nichil aliud voluisse indicare, quam quod spiritus sanctus efficiat, ut nos rite possumus precari. Hinc et christum ἀλλοι πρόσωποι discipulis promittere, contendunt, hoc est, qui idem facturus sit, quod fecerit ipse christus, apud patrem scilicet prius intercessurus.

Verum alii intercessionem spiritus sancti tantum efficiunt esse, existimant, docentque, si scriptura sacra dicat, quod ille intercedat pro nobis, hoc non ita esse intelligendum, ac si ipsemet pro nobis ad deum patrem preces faciat; sed significari tantum, quod per gratiam suam efficiat, ut fide in iesum christum praediti celestis patrem precentur rectumque precandi modum adhibeant. Quæ sententia ubi sumi præsidium in eorum tantum auctoritate, qui illi sunt addicti, habebet, haud sane esset, quod in ista posset desiderari; nec dubitaret quis, eam priori de intercessione propria ac formaliter preferendam. Siue enim ad antiquioris; siue ad recentioris ecclesiæ doctores ac scripturarum diuinarum interpretes respiemant, ab utraque parte plerique istam amplectuntur ac defendant. Inter veteres AVGUSTINVS * ad verba Pauli de

A 3

inter-

* trax. vi. in Ieann. euang. tom. III. pars. 2. opcr. p. 241.

intercessione spiritus sancti per gemitus ineffabiles hæc obseruat: quid ergo, fratres mei, hoc dicituri sumus, quia spiritus gemit, ubi perfecta et aeterna beatitudo est ei cum pater et filio? Spiritus enim sanctus deus, sicut dei filius deus, et pater deus. Ter dixi deus sed non dixi tres deos; magis enim deus tres quam dii tres, quia pater et filius et spiritus sanctus unus deus: hoc optime nosfit. Non ergo spiritus sanctus in semet ipso apud semetipsum in illa trinitate, in illa beatitudine, in illa aeternitate substantia gemit; sed in nobis gemit, quia genere nos facit. Nec parua res est, quod nos doceat spiritus sanctus genere: insinuat enim nobis, quia peregrinamur, et docet nos, in patriam suspirare et ipso desiderio gemitum. Alio autem loco* monet, ex intercessione spiritus sancti haud probari posse, cum precari pro hominibus deum patrem, quoniam intercessio hec nihil aliud significet, quam quod gemitus sanctorum desideriorum interpellare sanctos faciat, quibus affectum pium gratia spiritalis infundat. Eadem explicandi rationem et alii veteris ecclesie doctores adhibuerunt, quibus licet defensores intercessiovis formalis GREGORIVM NAZIANZENVM atque AMBROSIVM opponant: hi tamen, si rem ipsam expendamus, nihil habent, quod sententia huic faueat. Ille** enim non alia nisi hæc tradit: τὸ ἐντυγχάνειν, οὐκ ὡς ἡ τῶν ποιῶν συνέδεσα τὸ γενῆται εἰδίουντον ἔχει. τόπῳ γαρ τὰς καὶ ταπεινότος, εἴλατο περιθεύειν υπὲρ ημών, τῷ λόγῳ τῆς μετανοίας, οὐκ τὸ τηρεῖν οὐτέρ ημών ἐντυγχάνειν λέγεται, intercessiovis nomen, non ut apud multos in more positum est, unctionis depreciationm haberet. (hoc enim humiliatis quodammodo esset,) sed idem significat, quod pro nobis, mediationis ratione, supplicare. Quemadmodum et spiritus pro nobis intercedere dicitur: quibus sane verbis ne filii dei quidem, ut homini in calis, τωαπάλληλοι de supplicatione; vel intercessione proprie dicta accepit; nedum spiritus sancti. Quia ex AMBROSIО *** enarratur.

* libr. i. cap. 9. contra Maximinum hereticum, Arianorum episcopum, tom. viii. oper. p. 485, ed. Benedict.

** orat. xxxvi. tom. i. oper. p. 587.

*** cl. i. epist. 36. tom. ii. oper. p. 919, edit. Benedict.

INTERCESSIO SPIRITVS SANCTI.

enarrantur, rationem intercessionis huius non definit; sed ita comparata sunt, ut ad vitramque sententiam, cum de formalibus; tum de effectuā tantum intercessione, transferri atque applicari posse videantur. Sribit enim: ergo quia nos nelegimus, quid oremus, et quomodo oporteat, postulat pro nobis spiritus sanctus; et enim spiritus aduocati nostri iefi: Et postulat geminitibus ineffabilibus: dolet enim pro nobis et christus. Antiquorum horum vestigia plerique inter recentiores sunt sequunt nec aliam spiritus sancti intercessionem admiserunt, nisi qua operatione quadam in animis fidelium absolutatur, quaevis dici soleat effectiva. Ex nostræ ecclesiæ doctoribus huic sententiæ addicis nominamus AEGIDIVM HVNNEVM,* qui dicit: quando spiritus sanctus geminitibus innumerabilibus pro nobis intercedere dicitur, non hoc modo accipendum est, quasi vel spiritus sanctus oret et tales gemitus et affectus in se ipso sensiat. Sed orare dicitur, dum nos orare facit: dum bas ipsius preces: hos gemitus in nobis excitat, format, dirigi: cor nostrum ad preceandi affectum accendit et filiale fiduciam in preceando subministrat: itemque FRIDERICVM BALDVINVM,** cuius haec verba sunt: spiritus sanctus postulat pro nobis, hoc est, ad precem nos instigat et seniores excitat, quibuscum consentiant ABRAH. CALOVIVS, *** SALOMO GLAS-
SIVS, * IO. ANDREAS QVENSTEDT, ** SEBASTIAN.
SCHMIDIVS, *** IO. FRANCISCVS BVDDEVS, * IO. CHRIS-
TOPH. WOLFIVS, ** IOACH. LANGIVS, *** ac multi
alii.

* comm. in epist. ad rom. viii, 26.
tom. IV. oper. latinor. p. 75.

** comment. in epist. ad rom.

VIII, 26. p. 159.

*** in systemat. locor. theologic.

tom. VII. p. 574. et in bibl. illustr.

nou. test. tom. I. p. 790. fgg. et tom. IV.

p. 141.

* in philolog. facr. p. 80.

** Systemat. theolog. part. II. cap. 3.
membr. 2. scđt. 1. thesi. 36. p. 372.

*** comm. in epist. ad romans

p. 488.

* in meditationibus suorum p. 5. fgg.

** in curis philologicis et crit. in

IV. prioris Pauli epistolæ p. 153.

*** in dem apostolischen Lichte und

Recht part. I. p. 105.

alii. : Inter pontificios idem existimarent præter alios **GVL**.
ESTIVS* et **DIONYSIVS PETAVIVS****.
 Posterior hæc sententia de intercessione effectiva non
 caret suis argumentis , ita omnino comparatis , vt si cum ipsis
 conferantur , quibus alii intercessionem formalem corroborare
 volunt , multa graviora videantur , ac singularem præ illis ha-
 beant dignitatem . Res omnis reddit ad dicendi formam , ab
 apostolo Paulo adhibitam , spiritum sanctum *ὑπερέντυχάντιον* , hincque in id præcipue
 inquirendum est , quomodo ista rite debeat explicari atque in-
 telligi . At heic nec in ipsis vocibus ; nec in earum connexio-
 ne quidquam inuenimus , quod formalem ac propriam quam-
 dam prodat intercessionem . Non in vocibus , quoniam verba
ὑπερέντυχάντιον et *ὑπερέντυχάντιον* non semper intercessionem ,
 quam quis pro alio instituit , significant ; sed vt generatim idem
 sunt , ac occurtere , obuiam fieri , occurtere alicui precandi cau-
 sa , accedere ; ita quoque de preicatione pro semetipso usur-
 pantur . Recte nonnulli de voce *ὑπερέντυχάντιον* speciatim
 obseruant , causarum patronis eam conuenire , hancque in rem
HVG O GROTIUS*** dicit : *ὑπερέντυχάντιον* est *adlocutorum* ,
 qui clientibus desideria dictant ; id autem spiritui sancto ideo
 tribuitur , quia preces ad deum nobis dictas et **PHILIPPVS**
A LIMBORCH : * vox græca *ὑπερέντυχάντιον* desumta est a
 patronis et adlocutis , qui rerum causas agunt et docent , qua
 ratione reus causam suam orare debeat . Quæ quum ita sint
 nihil sane impedit , quo minus et in loco Paullino verbum hoc
 ita intelligamus , vt spiritus sanctus *ὑπερέντυχάντιον* dicatur ,
 quia efficit , vt *μετὰ ταπποῖς* ad deum accedamus , ac do-
 cet , quomodo nostras preces ad eum ea ratione , qua decet ,
 referre debeamus . Nec quidquam in vocum ac totius oratio-
 nis Paullinæ nexu habemus , quod sententiae de intercessione
 for-

* comment. in ep. ad rom. VIII, 26.
 p. 95.

** theologor. dogmat. de trinit.
 libr. II. cap. 6. §. 5. tom. II. p. 90.

*** comment. in epist. ad rom.
 VIII, 26.

* comment. in epist. ad rom. p. 320.

formali dignitatem quandam conciliat: immo si heic cuncta adcurate expendamus, varia reperimus moimenta, quæ ei plane repugnare videntur. Primum enim spiritus sanctus dicitur ὑπερέντυχόνεν ὑπὲρ ἡμῶν, ac quidem σεναγωνίς ἀλαζόντος, gemītib⁹ ineffabilib⁹, quod luculenter indicat, non de ipsius spiritus sancti precibus; aut propria intercessione; sed de precibus fidelium, quarum spiritus sanctus auctor est, loqui apostolum. Quis spiritui sancto gemitus ac suspiria tribuat, quum miseria ac calamitatis sine documenta hancque ob causam ab hominibus quidem; minime autem ab ipso deo fieri possunt? Bene hæc obseruavit IVSTVS FEVRBORNIVS,* antequam alteram sententiam de intercessione formali amplecteretur: *noli putare, inquit, quod spiritus sanctus ipse proprius pro nobis intercedat.* Nam non tantum dicitur pro nobis intercedere; sed intercedere gemītib⁹ et suspiriis indicibilib⁹. At ille ipse proprio non gemit et suspiria promit: *quia est spiritus infinitus; sed nos gementes et suspirantes facit, quod etiam Augustinus explicat.* Deinde dicit quidem Paullus, spiritum sanctum pro nobis intercedere; at non addit, eum intercedere pro nobis πρὸς τὸν Θεὸν, apud deum, quemadmodum de christo Iohannes dicit, eum esse παράληπτον πρὸς τὸν πατέρα, l. epif. II, 1. sed πατὴρ Θεὸν, id est, secundum voluntatem divinam, sive significat, spiritum sanctum nos docere, ea ratione precari, quam ipse deus requirat. Quæ omnia licet satis sint clara; maiorem tamen adhuc iis lucem adferunt alia scriptura sacra loca, quæ de spiritu sancto, auctore precum in fidelibus, agunt et quæ de eiusdem intercessione dicuntur, illustrant. Paullo ante, nimirum vers. 15. apostolus dixerat, nos accepisse spiritum adoptionis, ἐν ᾧ οὐ πείθομεν, αἴβοις ὁ πατὴρ, in quo clamamus: *abba pater;* prout autem heic pronuntiat, fideles clamare in spiritu; vel per spiritum sanctum; ita Galat. iv, 6. dicit, *deum missi filii sui spiritum in animos, qui clamet: abba pater,* atque spiritui sancto ipsum clamorem tribuit,

B

tribuit,

* fascicul. iv. disput. 9. §. 42. sq.

tribuit, eadem ratione, qua eum pro nobis intercedere, scribit. Quisque facile videbit, spiritum sanctum non formaliter clamare; ac si clamare dicatur, hoc non aliter intelligendum esse, quam quod sit clamoris in cordibus fidelium auctor, eumque, ut effectum producat. At vero si phrasis de clamore spiritus sancti non formaliter; sed causat alterius; atque effectus intelligatur; non videamus causam, cur intercessio illius non eodem modo sit explicanda. Huc quoque spectat, quod Paulus Ephesios hortetur, ut omni tempore precentur εν πνευματι, *Ephes. vi, 18.* quod Iudas fratres iubent, εν πνευματι αγω προστιχεδωμ, in spiritu sancto orare, vers. 20. quod ipse spiritus sanctus vocetur *spiritus gratiae & precum*, *Zach. xii, 10.* que et alia scripturæ loca indicant quidem, sine spiritu sancto fideles non rite posse preces ad deum facere; nihil autem in se continent de intercessione quadam formalis ac propria,

Præterea si rem ipsam adcurate consideramus, intercessio spiritus sancti formalis, quam nonnulli statuunt, cum multis difficultatibus coniuncta atque ita comparata est, ut vix explicari atque intelligi queat, sive quæras: quomodo illa fiat? sive scire velis: quomodo ab intercessione iesu christi sit distincta? Quod ad prius momentum adtinet, existimant nonnulli, fieri intercessionem hanc expressis verbis, quod nobis durum videri, fatemur. Sane varii inter nostros theologos intercessionem, que a iesu christo fit, non verbalem; sive expressam; sed realem; sive interpretatiuam esse, affirmarunt, **AEGIDIUS HUNNIUS**, * **FRIDERICVS BALDVINVS**, ** **CASPAR ERASMVS BROCHMANNVS**, *** **IO. MVSAEV** et **FRIDEM. BECHMANNVS**; * alii autem definire noluerunt, num christus suam intercessionem verbis; an re ipsa peragat. Quodsi autem nonnulli dubitabant, afirmare, quod christus verbis pro nobis intercedat; grauior omnino dubitandi caussa est,

* comment. ad ebri viii, 24. tom. iv.
p. 903.

*** in systemat. theol. p. 389. 393.
** comment. in epist. ad roman. VIII, 34. p. 161.
* in der ausführlichen Erklärung
der katholischen Theologen p. 535.

est, intercessionem spiritus sancti expressis fieri verbis, quorum nec in ipso spirito sancto; nec in deo patre, ad quem ille preces suas referre debet, inuenitur ratio. Quale porro sit differentia inter intercessionem christi et spiritus sancti, si determinare velis, itidem rem ardiam esse, reprehendes simul que videbis, quanta difficultate sententia de intercessione spiritus sancti formaliter laboret. Non sufficit, si dicas, christum intercedere ut hominem et deum: ut mediatorem et sacerdotem vi meriti sui; spiritum sanctum autem ut deum et aduocatum tantum. Ita enim non significatur, qualis sit differentia inter intercessionem christi et spiritus sancti ratione formae ac modi. Immo si rem adequare diudicare velimus, dicendum est, quod intercessio in negotio salutis eternae eiusmodi sit actus, qui sacerdos et mediator est proprius, adeo ut qui intercessione spiritus sancti formaliter tuerintur, duos mediatores inter deum et homines, forte prater opinionem, constituere videantur, quod hand admitti posse, quis non intelligat?

Pro iis igitur, quæ nunc obseruantur, dicendum est, spiritum sanctum ita pro nobis intercedere, ut per gratiam suam cooperantem ad piorum preces concurrat, hocque minus varia praefat ratione. Primum id præstat excitando, quinque animas fidelium commonet atque instigat ad preces facienda, hancque in rem oculos illorum aperit, ut non solum suas atque aliorum miseras et propter illas auxiliis diuini necessitatem rite expendant; verum etiam summum dei erga fideles amorem & voluntatem, pils subuenieridi, adecuratis cognoscant. His et aliis argumentis, quæ spiritus sanctus diligenter consideranda exhibet, commouentur ad precandi studia et quando ipsas preces ad deum fundunt, plenæ sunt eorum mentes fiduciae, ardoris, venerationis, hasque religiosas ac pias cupiditates per verba pariter ac gestus communiantur. Hinc et porro spiritus sanctus in fruendo operas suas ad preces illorum confert, quando eos docet, quænam sint a deo expetenda: qualis sit vera precatio-nis ratio: quomodo ea debeat fieri, ac quoniam fideles in hac quoque causa variis infirmitatibus sunt obnoxii, illis simul suc-

122
INTERCESSIONIS SPIRITVS SANCTI.

currit, ac quidem, vt apostolus dicit, *σεναγμοῖς ἀλαλήτοις*, id est suspiriis, quorum fanta est vis, grauitas et foecunditas, vt magis ipsa sensione percipi; quam sermone quodam, licet sit dexterissimus, exprimi queant. Verum nec in hoc gratia spiritus precum adquiescit. Est quoque, qui piis precantibus subuenit eosque adiuuat *confirmando*, ea ratione, vt quando impunitis precati sunt, exspectationem eorum bonorum, quae a patre celesti petierunt, maiorem ac firmiorem reddat: per hanc spem mentes in omni calamitate ad patientiam erigat: immo ad quasvis officiorum christianorum partes implendas alacres efficiat. Ita singularia sunt munera, quae a sanctissimo precum spiritu proficiuntur. Sed quoniam non habitet in anima illa, qua prauis cupiditatibus indulget et a vera fide in iustum christum aliena est; nec in ea vt spiritus precati agere posfir, quisque vita sanctioris expers ad id operas suas conferat, vt gratiae sanctissimi spiritus locum relinquat ac per vim illius a tenebris ad lucem: a morte ad vitam perueniat. Qui autem adhuc experti sunt, munus spiritus sancti in precatiōne esse summum, in eo collocent sua studia, vt his cælestibus beneficiis porro et constanter fruantur. Videatis igitur, *CIVES carissimi!* quale sit vestrum officium his festis diebus. Postulat id præcipue, vt mentes vestras exploretis: gratiam diuinam adipernari, desinatis et vbi illius participes facti estis, sedulo eam conseruetis. Hanc autem in rem decet vos, oraculorum diuinorum interpres rite audire: ipsas sacras scripturas legere ac per spiritum precum castas ad deum facere preces. P. P. primo die pentecostes anno reparatae diuinæ gratiae M DCC XXXV.

(L. S.)

01 A 6538



5b.



B.I.G.

15

**INTERCESSIO
SPIRITVS SANCTI.**
 AD
SACRA PENTECOSTES
 RITE CELEBRANDA
IN ACADEMIA IENENSI
 PROPOSITA MEDITATIO.
 LITTERIS IO. FRID. RITTERI